Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

A. Sanctus Blasius in sebastia ciuitate capadocie regionis alto genere natus est.
R. Beatus uir. D. i. mrt. A. Quem catholica fide plenissime instruxerunt moribus & uirtutum gemmis ornatum omnes unice amabant & ut patrem colebant.
A. Cum totum uite sue tempus purus & innocens duceret. terrestria sperneret. celestia semper anhelaret eiusdem urbis episcopus electus & ordinatus est.
A. Postea secum habitare deliberans speluncam in monte argeo inuentam irrepsit ibique latitauit ut mortuus seculo solus soli uiueret deo. A. In qua dum delitesceret concurrebant ad eum plures fere agrestes & quasi quodam intellectus uigore uice hominum illum constipabant. A. Et si aliqua ui doloris uel morbi afficerentur querulo strepitu quasi salutem rogantes sanctum uirum circumstantes a quo benedicte statimque sanate non recedebant ab eo. V. Gl[ori]a & hon.

Temporibus lycinii imperatoris qui constantini augusti sororem habebat. & rerum summa in oriente tenebat. dira in christianos persecutio facta est. Nam ut in scripta hystoria refertur. lycinius bello a constantino fugatus. cum prius sectator fuisset dogmatis christiani. mutata uoluntate. plurimos sacerdotum in sue partis afflixit imperio. multos quidem aliorum. precipue tamen de collegio militari. R. Cum satellites furibundi presidis ad sanctum Blasium uenissent ingredientes speluncam egredere inquiunt uocat te preses quibus ille audiens magno perfusus gaudio eamus inquit memor enim est mei seruus suus dominus hoc die quin hac nocte tercio mihi apparuit. V. Surge inquiens offer mihi hostias ut soles & nunc filioli mei bene & in tempore uenistis dominus meus ihesus christus nobiscum est. Quin hac. n.

Erant autem ex sebastia plures quos huius nominis titulus ligabat. & ideo persecutionis tempestas inuoluebat. Inter quos ut in passione eorum legitur. precipui erant quadraginta milites. qui sub agricolao capadocie prefecto & duce eius lysia. famosissimum pro christo martyrium compleuerunt. R. In itinere plures paganorum conuertit ad dominum qui multos infirmos illi offerebant quibus manus imponens sanos omnes absoluebat non solum hominibus sed etiam diuersi generis animalibus quippiam doloris in gutture habentibus. V. Ibi impletum est quod psalmista protestatur dicens homines & iumenta saluabis domine. Non solum. Horum exemplum plu